



## Universitätsbibliothek Paderborn

**Gasparis Lechneri E Societate Iesv Theologi. Sodalis  
Parthenivs. Siue Libri Tres Qvibvs Mores Sodalivm  
Exemplis Informantvr**

**Lechner, Kaspar**

**Dilingæ, 1628**

XV. Ægros mortuosq[ue] curant.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51916](#)

## CAPVT XV.

## ÆGROS MORTV.

osque curant.

**H**abent hucusque recensitæ c. n. Quam  
lamitates humanæ vitæ, vi ferent illu-  
quorumuis animos ad comiseratio-  
nem inflectat, maximè vero eorum, possu-  
qui sanguine aut fœdere aliquo iun-  
cti citius sentiunt, quod alios premit, inferi-  
neque id molestiæ fermè quicquam pa-  
habet; facultatem tantum iuuandi  
necessariam requirit. Ut neminimi-  
rum videri possit, Sodales in leuan-  
dis aliorum miserijs alacriores fuisse, nonne  
cum & homines se meminissent, & Miser  
præ alijs virtutum exercitatione  
dedidissent. Sed morbidorum ægro-  
rumque tota cura molestiam non  
mediocrem secum apportat. Tristis  
decumbentium adspectus, gemitus acme  
& querulo si eiulatus animum no-  
strum contrahunt, & mœrore simul  
inuoluunt; grauis deinde odor & officij  
squalor tristior tordeſque, paulò de-  
licia.

Ægros  
difficilis  
est cura.

licatiorem stomachum facilè mouent, naufragamque pariunt: ut absens,  
 RTV. quām præsens, malis auxilium afferat: ac magnæ virtutis est, molestias  
 morbi negligere & afflito succurrens. Quo in genere, si qua alia in re ex-  
 e, ut ferre velluerunt semper Parthenij, ut ma-  
 iseratio. forem à parentibus exspectare non  
 eorum, possint, qui Sodalium curam experti  
 quo jun. sint. Exempla quotidie in oculos se t. i. c. 5.  
 s premit, inferunt; pauca è multis afferam. ali- & 6.  
 cquam, supra leges.

iuandi I. Nieuisij in Polonia quādam c. 10  
 minimi. Sodalitas aduigilare instituit, ne æ. LXXXVI.  
 n leuan. goti sine Sacramentorum percep- c. 10.  
 es fuille, non moriantur. Palentiæ Sodalitas 100CVI.  
 tent, & Misericordiæ instituta est, quæ cu- insunt  
 ioni suam suscipit ægrotorum, quos pre- agros.  
 magro. mit egestas & ratio dignitatis ab ho-  
 m non spitali domo deterret. Inuisunt ægrū  
 . Tristis duo Nobiles quotidie, vicumque  
 gemitus ac medicamenta afferunt. Medicus  
 um no. quoque gratuitus hominem quam  
 re simul diligentissimè accedit, omnibusque  
 odor & officijs complectitur.

II. Medicum voluntarium è So- c. 10.  
 licia dali. 100X.

dalibus Syracusani quoque haben-  
Toleti Solenne est, vt Præfectus So-  
dalitij Pueri Iesu cum Medico & Vi-  
sitoribus, vt vocant, singulis heb-  
domadis ægrotos inuisat, atque ani-  
mis corporibusq; medicinam com-  
modam adhibendam curet. Panor-  
mitani & medicum suis expensis, &  
ministrum ægris conducunt.

cic.

100v.

cic.

101c.

III. Commemorandus hic est  
Villagarciensis Sodalis tum rebusa-  
lijs, tum aduersus infirmos pietate  
insignis. Hic à puero studijs Mauor-  
tijs innutritus, anno demum ætatis  
tricesimo quarto ad Musicum stu-  
dium applicavit animum; nomen-  
que inter pueros Sodalitati dedit, ac  
paulo post præfuit, commodis om-  
nium intentus. Nullus in eo oppido  
fuit æger (fuerunt autem plurimi)  
quem non accesserit, & allocutione  
aut re adiuuerit: quare passim ab om-  
nibus aduocabatur, aderat, aduigila-  
bat, medicum adhibebat, medici-  
nam de suo curabat: quin & hortum  
conduxit, vt haberet ad manum fa-

lubris

lubres fructus iucundosque gustui  
agrotantium.

dico & V.  
igulishib.  
atque ani.  
nam com.  
xpensis, &  
nt.  
lbus hic eff.  
m rebus.  
os pietate.  
ijs Mauor.  
ium atatu.  
fum fli.  
; nomen.  
i dedit, ac  
nodos om.  
eo oppido  
i plurimi  
locutione  
im abom.  
aduigila.  
, medici.  
& hortum  
ianum fa.  
lubris

lubres fructus iucundosque gustui  
agrotantium.

IV. Habuit & Germania Soda- c. 12.  
lem in talia opera penè effusum. Ful- 12CVIII.  
dæ ad Religionem orthodoxam à  
primis initijs Collegij Societatis ibi-  
et. Panor. dem erecti traductus , "integerimi  
Christiani officium iam inde usque  
præclarè sustinuit, pro religione ver-  
beribus malè mulctatus, & tres libe-  
ros libens volensque Deo in sacra fa-  
milia consecravit ; pauperum & le-  
proforum cura infatigabili semper  
ita vegetus, ut sua necessaria post eo-  
num commoda duceret. Itaque cùm  
stipem illis magnam haud raro con-  
fecit, tum leprodochij à fundamen-  
tis inchoandi , atque eius quod à S.  
Catharina nomen habet restaurandi  
auctor fuit. Vita demum functus ho-  
nestissimo funere elatus à Sodalitio,  
& vt Pater pauperum defletus est.

V. Hæc illi infirmis officia ex- Nosoco-  
hibent eorum in ædibus. Sed neque miss in-  
valetudinarijs atque Xenodochijs sermone-  
operā suam deesse patiuntur. E Poto-  
sina

- CIC. fina Sodalitate videre est , cuiusque  
 ICCCVI. hebdomadis feria secunda virorum  
     atque mulierum agmen scopis in-  
     structum per medium urbem ad ver-  
     rendum valetudinarium , vasa pur-  
     ganda, ægrotisque pia opera præsta-  
     da incedere. Aletini ter singulis heb-  
 domadibus ad eundem locum com-  
 LXXXIII. meant ægrisque inseruiunt. Catacen-  
     sium binis octauo quoque die Nos-  
     comium adeunt, ægrotosque curant  
     ac solantur.
- CIC. VI. Idem fieri solitum fuit à So-  
 XCIX. dalibus Neapolitanis, qui quot septi-  
     manis binos in sex Nosocomia ad æ-  
 CIC. ICI. grorum ministerium destinarunt.  
     Quem illi deinde morem auxere,  
     singulis enim hebdomadibus in No-  
     socomium ducentis ægris cibos af-  
     ferre , mensis ministros assistere; à  
     prandio animos musica & doctrina  
     Christianæ recreare instituerunt.  
     Plura consimilia horum eo loco po-  
     suimus , ubi mores Sodalitatum &  
     generosiores animi victorias recen-  
     suimus. fastidij leuandi gratia cætera  
     hic omitto.

VII.

VII. Funerum quoque efferen- *Funera*  
dorum curam Sodales plerisque in *efferunt.*  
locis in se suscepereunt. Quod celebri  
pompa in pauperum iuxta ac diuitū  
exequijs faciunt. Ac nobilissimi qui-  
que certant, ut feretrum egenorum  
humeris efferre possint. Cuius rei  
præclarum exemplum retulimus li-  
bro superiore. Quæ res magni exem- *c. 4. §. 2.*  
pli est, & ad Sodalitatum commen-  
dationem multum momenti habet.  
Ingolstadij certè cum ea Sodalitas,  
quæ inter ciues instituta est, princi-  
pio difficultatibus quibusdam obse-  
pta non longè processura videretur,  
vnius Sodalis funus solenniore pom-  
pa deductum, reliquos animauit, ut  
certatim eo admitti orarent, vbi  
mortuorum quoque honorem cele-  
brari videbant.

VIII. Fuldae quidam vita exces- *cic. 10*  
serat rerum omnium inops adeo & *LXXXIII.*  
nudus, ut eius matri, ne ad inuolen-  
dum quidem cadauer linteum sup-  
peteret. Sodales quicquid ad hone-  
statem exequiarum pertinebat, ab-  
S                    unde

unde subministrarunt. Interducendum funus illud periucundè accidit, quod cum hic per honorificè effertur, celebri comitatu facibusque permultis, commodum hæreticus nulla pompa ad sepulcretum portabatur, nulla cruce, nulla cæremonia: credidisses mortuum canem in sterquilinum inferendum esse, non hominem. Id dum Lutherani conspiciunt, repente suo abiecto funere, ad Sodalis funus cum reliqua multitudine conuolant, ea res plerisque risum, nonnullis etiam stomachum mouit,

*Defun-  
tis subsi-  
dio sunt.*

*Quid pe-  
culiare  
fædere à  
Sodalibus  
præstan-  
dem sit.*

IX. Neque hoc ultimo officio contenti sunt, sed sacris lustricis precibusque piacularibus defunctos adiutant; suos quæque Sodalitas. Inter nonnullos tamen fœdus arctius est; cum enim alicubi quis è vita abiit, id fœderatis Sodalitijs indicant, atque è pacto preces pro eore citari postulant. Tum psalmus quinquagesimus, & is qui vita functis proprius est, publicè soluto conuenit pronunciatur, ac postridie à quo-

libet

V.  
DE ÆGROR. CVRA. 417

ducen-  
accidit,  
efferre-  
que per-  
us nulla  
abatur,  
ia : cre-  
sterqui-  
a homi-  
piciunt,  
ad So-  
itudine  
risum,  
mouit,  
officio  
cis pre-  
stos ad-  
s. In-  
arctius  
è vita-  
ijs indi-  
o eore-  
is quin-  
functis  
onuen-  
: à quo-  
libet

libet Sodalium corona B. Virginis  
perlegitur. Quem morem idcirco  
eo diligentius conseruare solent So-  
dales , quod cogitent multum ali-  
quando sibi profuturas easdern pre-  
ces , si illas pro alijs accuratè persol-  
uerint : fraudi verò fore , si iam ne-  
glexerint.

X. Atque etiam in vita commo- CIP. 106.  
do fuit , suppetias mortuis tulisse .  
Nobilis quidam è Nolano Sodalitio ,  
cum vita defunctos frequentissimis  
pietatis officijs iuuare consueisset ;  
nescio quo viso animarum expianti-  
um monitum se esse dicebat , vt se ad  
subitam mortem quam celerrimè  
compararet . quo circa è vestigio a-  
pud patrem Societatis vitæ totius  
peccata exposuit , & in summa vale-  
tudinis firmitate subito occidit : fato  
forsitan infelici casurus , nisi boni  
Manes grati fuissent .

XI. Ad extremum hic inseram  
literas Congregationis Goanæ in In-  
dia ad Primariam Romanam datas .  
E quibus id primum constabit ,

S 2. quan-

quanto nexu sint inter se Sodales per orbem colligati ; deinde quanto ardore Congregationem ambiant, quo studio ægris miserisque succurrant, qua animi fortitudine polleant. Quz quidem seorsim referri poruissent, suauius tamen audientur ex tam longinquæ loquætes. Literas illas Romani nobiscum communicarunt. Sunt autem istæ :

**Praefectus**, ac Sodales  
Goani Sodalitatis B. Virginis Annunciatæ Praefecto, & Sodalibus  
Romanis eiusdem Sodalitatis S. P. D.

**Q**uo longiori hoc est ferè totius orbis terrarum spatio dissipatus, eo crebrius ad vos scribendum esse duximus ; intelligimus scilicet hoc melius semper agi cum toto corporis membris, quo ardorem atque uberius capiti communicauerint suo. Perrò hoc litterarum officio id nobis

V. DE ÆGROR. CVRA. 413

nobis consilij est, ut, & mutuam in  
una Patrona nostra colenda, con-  
junctionem atque conspirationem  
foueamus nostram in vos benevo-  
lentiam, & obseruantiam teste-  
mur, & ut eliciamus à vobis docu-  
mentum aliquod ad virtutem, &  
incitamentum, tandem, vos cer-  
tiores faciamus de uniuerso Sodaliti-  
tinostristath, atque progressu. Hoc  
biennio, quo hac ciuitas, & uniuer-  
sires Indica summoperè afflicta est  
ab Hollandica classe tū per Malaca  
& Mocambici obsidiones sancè diu-  
turnas, tum per naualem cladem  
nostro proregi non longè Malaca  
fere illatam, tum per Mocambice  
ipsius, & multarum nauium mis-  
randam direptionem, & conflagra-  
tionem, nescio quaratione singulari  
D.O.M. & Deipara beneficio actū  
est nebris egregie. Auctus in pri-

S 3

miss

mis Sodali numerus mirandum in  
modum, & quod caput est ex aqua-  
uit numerum pietas, quæ non meli-  
sus constabit quam si ex multis ali-  
qua illius exempla prestringam.  
Tantus fuit ardor potentium Soda-  
litatis ingressum, ut selecti adoles-  
centes multi non solum quotidie  
importunis precibus, sed etiā ingen-  
ti lachrymarum vi optata extor-  
querent potius quam obtinerent.  
admissi tamen pauci magno dele-  
ctu, & solum ad virtutem propen-  
siores, nec minus erit uit antiquio-  
rum virtus. Cum eundum ad pub-  
licum Xenodochium est ( singulis  
mensibus sit ) mirum est quo animi  
affectione hoc pietatis officium ample-  
ctantur, solemne est multis rogari,  
orare, obsecrare, ut unice multis eli-  
gantur, quibus liceat in hoc virtu-  
tis opus incumbere ; neq; iis minori

contentione animi consueta mania  
in eo exercent, ablunt agrotanti-  
bus pedes, ipsam domum euerrunt,  
cibosq; ministrant insigni alacrita-  
te. Quidam ex Sodalibus patre A-  
bifino ita incensus est studio pietas-  
tis, ut si quem pauperem destitu-  
tum, & male habētem per vicos, &  
plateas offenderit, in domum suam  
deferendum curet, retineat donec  
conualuerit, tum demum edoctum  
de celestib; rebus dimittat. Quo-  
dam die orta rixa inter duos scho-  
lasticos, ita pugnatum est ut alter  
quinque vulnera ferret sanè gre-  
via; superuenie unus è Sodalibus  
non ignobilis, excipiensq; brachis,  
vulneratum capit sanguinem pro-  
prio linteolo abstergere, deins' Soda-  
les aliquot adiuvat hunc ad Chi-  
rurgum, illum ad fasciolas conqui-  
rendas, alterum ad vehendā sellam

indicam, in qua vulneratum cōmo-  
dē defferretur expedit mira celeri-  
tate mira charitate miro exemplo,  
& bene curatum scholasticum bono  
animo esse iubet, & si salutem con-  
sequi velit, peccata expiat, Deipara  
subsidiū imploret, & ad eius so-  
dalitatem animum applicet: ita fo-  
re, ut breui eius beneficio sanus ex-  
istat; sicq; animo, & corpore bene  
confirmatum domi suæ reliquit.  
Non minorem laudem meo quidem  
iudicio, quamvis in alio genere, th-  
lit alter qui vltro ab altero equali,  
& quidem publico in loco alapar-  
petitus, ita iniuriam vltus est, ut  
responderet, se quod è Sodalitio B.  
Virginis esset, tantam iniuriam li-  
bentissime ferre, volentissime con-  
donare. Quidam verò Tyro cum  
domi sua præter morem famulis &  
captiuis (quorum ingens in tota in-

dis

dia copia est) Catechismum tradaret, & explicaret rogatus, ecquid tandem causæ esset, cur modo institutum huiusmodi suscepisset? id ex esse respondit, quod recens fuisset in Sodalitium Deiparæ cooptatus; Multi verò Sodales die imprimis solemnis, & in conspectu totius Goanæ civitatis multorumq; Religiosorum quo die quinque ob nefandum scelus ad supplicium, ignis trahebantur, ulterò & preter consuetudinem litanias recitantes praebant comburendis magno omnium exemplo sciscitantibus multis, quidnam instituti hoc esset: & ubi res reciuissent, approbantibus illam silentio pleno admirationis. At passim ab ac & minima quidem sunt, in quibus à vobis maximè superamur, unde tamen non omittendam superest in quo vos omnes (da-

ta venia dicatur ) maxime superā-  
mus & quod nobis iure optimo in-  
uideatis , scilicet gloria martirij  
corona , qua unus è Sodalibus no-  
mine Ioannes Emanuel Goensis glo-  
riosissimè triumphauit : hic enim  
cum infreto Damascensi non longè  
à Goa distante cum aliis militibus  
in bellicam expeditionem adiret , à  
Saracenis piratis captus ad fidei de-  
fectionem , & Mahometis cultum  
solicitatus , constanti virilique a-  
nimо respondit se potius quodus  
supplicij genus subiturum , quam  
Dominum IESVM CHRISTVM  
eiusque DEIPARAM negatu-  
rum , quem auditum omnes gladius  
& fustibus adorti ; perpetua Mar-  
tyrij corona adornatum in cœlum  
aduolare fecerunt , & hæc minima  
Sodalitas Deo , Virginique primum  
huius vineæ fructum libentissimè

ob-

obtulit. Sed ex multis hæc pauca decerpisse sit satis. quæ eò spectant, ut intelligamus quam non sit abreviata manus Domini, qui etiam his in regionibus, in quibus non multos ante annos triumphabat impie-  
tas, Mariae Genitricis suæ subsidiis triumphare facit pietatem, quan-  
tum debeamus huic eximiae Patro-  
na nostræ, ex cuius cultu hi dulcis-  
simi fructus colliguntur, quantum  
Societati ipsi per quam nobis idem  
ministrantur. Reliquum unum  
est, ut quando ex ista Sodalitate  
Romina, tanquam ex communi  
parente tot in nos bona deriuauit  
Deipara Virgo vestris etiam preci-  
bus nos iuuetis ad impetrandum,  
ut in nobis cæpta perficiat, & ef-  
ficiat ne penitus ingrati tantis be-  
neficij extitisse videamur. Da-

420 LIB. II. CAP. XVI.

tum Goæ die ipso nostri Salvatoris  
Sanctissimo ortui sacro 1607.

PRÆFECTVS

Dominicus delguadi

Primus affistens

Damianus Collaca

Secundus Affistens

Iacobus ab Abreu

Secretarius

Andreas Lodauicus &c.

Atq; ab hoc confinio ad ea trans-  
seamus opera explicanda , quæ in a-  
nimis curandis Sodales præstiterunt.

---

C A P V T   X VI.

*ALIOS A VITIIS*

*renocant.*

*Cur alij  
a peccâ-  
do retrâ-  
hendi  
sint.*

**Q**uisquis vel Inferorum tormenta recte apud animum suum inspexit ; vel acerbam Christi plenamque opprobrij necem expendit; simul